

fruwen, kracht, Iohannam Annam synen kinderen vñ ok dem kinde. darde genom-
de Mechtelt ifundes van des geñten Elberdes wegghen mede swangher gheyt, wat
kunne dat dat sy, tho den viif lyven dede wertlick blyven vñ nicht gheiftlik enwer-
den, dewile dat der viif lyf welck am leuede is vñ nicht lengher vorschreven vñ over-
antwordet hebben, so dat se des gñten ambechtes vn fogedye -- scullen vn moghen
gebruken to al orem besten dat sulste ambecht vñ vogedye up dem fronhove in al-
len wontliken buwe vn betternisse beholden, dat vormeren vn nicht mynneren vn
vns, vnfen nakomen Eptuiffchen Provestynnen vn freuchen unvorhindert alle ierlikes
up sinte Philippi vñ Iacobi dach rauwelick geven vñ betalen in der stadt to Soft in Wil-
helm Andreas Hus edder inwoner des Huses ver unde drittigh rinscher gulden, io den
gulden myt veir unde twintich kolneschen witten pennighen tobetalende gheiftlikes este wert-
likes gericht vnbekummert vñ darfalves van vns Eptuiffchen Provestynnen vn freu-
chen wontlike quitancie enfanghen . . Anno domini millesimo quadringentesi-
mo nonagesimo sexto am daghe der hillighen drevoldigheit.“

Nondum singulos ministeriales ac vasallos rite enumeratos esse, facile patet ex ter-
ritorio, quod quondam ecclesiae Ganderfemensi adhaesit. Nam, quantum ex tabula
IV geographica elucet, ex fundatione prima obtigerunt ecclesiae Ganderfemiamarcus,
Alvungamarcus, Lutheriomarcus, Rudieramarcus, Lahtnadorpomarcus et Denctemar-
cus. Ex dono Odae accessit Wanzlebia cum septem marcis. In Germarenemarcu
Sophia Abbatisa Eschwegam accepit. Bona Thuringica Ludovicus Saxo, Rex, donavit,
nominatim in Duntstedirnamarcha Tenstedium vtrumque, et in pago Winidon prae-
ter Erich, a Rege datum, posthaec accesserunt Suffera, Belftet, Western Erich, Blider-
stet, Nienstet, Wolferschwend et Runstet. Vide Tab. III. geograph. Arnulphus Caesar
donavit bona in Kaleheim, Crucht, et partibus circumiectis sita. Vide Tab. II. geo-
graph. In Leingawi exstiterunt varia ecclesiae praedia, in Widerickshusen seu Wide-
chindeshusen, Mackenrode, Retmarhuse, Roleveshuse, Hatticheshusen, Angerstein, Liudol-
vshusen, Hammenstede, Rosdorf, Lenglern, Harste, Parnsen, Beranhusen et Huckelhem. In pa-
go seu tractu Omfeld obuius est totus Comitatus Gebeldehusen, ab ultimo Comite ec-
clesiae traditus. In Lisgowe Forste, Mitlingerode, Minnigerode, Elbingerode, Woldershu-
sen, Liudingeshusen, et Walmodehusen. Totum pagum Budislin donavit vna cum imperi-
ali immunitate Henricus II et complura addidit Henricus IV. Huc pertinent Gunter-
bergensis filua, quae per Bennekensteine et Haselberge ad Regenstern decurrit, ca-
strum Bolfeld, vrbs et praefectura Elbingerode. In Hartega eminebant Derneburgum,
Reddeber, Langestene, Langele, Schowen, Lochten, Evergodesrode et alia. Otto il-
lustris donavit bona ad Embecam, Bonnikeffen, Osdageffen, Sulbeke, Edemiffem, Dru-
bere et Hollenstede. In Rittiga eminebant parochia Rittigerode, pagus Olexen, decima
et parochia Immetheshusana. Quis ignorat, Ganderfemensi ecclesiae contributos fuisse
hosce tractus, Eriggawi, Wenzigawi, Augawi, Gandersemigawi, Grenigawi, Fr the-
nigawi, Spilbergawi, Empnegawi, Ommerngawi et maximam partem in Ambergawi?
Castellis igitur enituit ecclesia Ganderfemensis diuersis per hosce tractus, Grene, Schu-
faburg, Schildberg, Dalem, Ippensen, Vreden, et Aseburg. At quantum ex hisce
bonis ecclesia perdidit?

DISS. XI.

DE

AMORE LUDOLFIADVM IN
COENOBIA.

Conspectus seu summa.

- §.1. Praemonenda de causis euentuum humanorum inquirendis.
§.2. Studium Ludolfiadarum, in exstruendis coenobiis conspicuum.
§.3. Causae eius studii variae generatim recensentur.

Qq qq qq qq qq

§.4. Con-

- §.4. *Consuetudo opinionis cum lacte materno instillatae.*
 §.5. *Drudium auctoritas penes Celtas et Germanos.*
 §.6. *Studium amplificandi religionem christianam per monasteria, a S. Augustino deriuatum.*
 §.7. *Disciplinae, libri, chronica et librorum descriptiones promouebantur per monasteria.*
 §.8. *Remedium animae quaesitum.*
 §.9. *Conservatio familiarum et auerruncatio incommodorum coniugii.*
 §.10. *Institutum abiit in varios abusus.*
 §.11. *Cultus Dei in blaterationem barbaram et inertiam fuit conuersus.*
 §.12. *Otia pepererunt εθελοθρησκεια, contemptum hominum non clericorum et vitia horrenda.*
 §.13. *Magistratui summo auctoritas erepta vel detracta.*
 §.14. *Ignorantiae amor et odium in litteratos, qui traducti sunt tanquam obtenebrati et spiritibus familiaribus instructi.*
 §.15. *Sanctitas in solam voluntatem caecam et miracula continua resoluta.*
 §.16. *Excogitatio fabularum de Sanctulis.*
 §.17. *Honos otiiis datus.*
 §.18. *Quomodo monasteria in genuinum statum sint reducenda.*
 §.19. *Incommoda matrimonialia virorum, sacerdotio et coenobiali vitae operantium.*

§. I.

Qui res gestas et actiones hominum pragmaticae exponunt, effectus cum vinculis caularum copulant et coniungunt. Id, quod rationem sufficientem continet, cur actio potius, sit quam non consecuta sit, potiusque hoc modo existat quam alio, dicitur *principium*, et plerumque causa, praecipue ubi essentiae differunt in pluribus. Quare attendere solemus vel ad spatium vel ad tempus, ut causas actionum detegamus. Nunc enim in eo, quod simul existit, ratio continetur actionis sufficiens; nunc ea latet in successu mutabilium. Uterque modus nos addocet consensum in variis, quae positium quid complectuntur, elucemem, quemque vocamus *ordinem*. Qui ordinem rerum animo repraesentat nec admiscet ficta, is demum *veritatem* exponere potest. Quapropter est necessarium, ut aut in Ludolfiadarum decretis aut in antea actis quaedam praesto sint, unde pateat, cur monasteriis extruendis ei animum adpulerint.

§. II.

Odae enim mater suggestit filiae ardorem extruendi monasterii. Ludolfus suasioni dedit locum. Witkindus ecclesiis aedificandis fauit. Walbertus coenobium Wildeshufanum condidit. Walgerus Herfordiense monasterium fundavit. Otto Illustis fundavit coenobium Luneburgi, qui locus, si credimus Cel. GERHARDIO (a) Caroli Magni aetate iam existit. Henricus Auceps Quedlinburgo et fortassis Ringelhemio dedit initia. Otto Magnus non vna fundatione nomen suum immortalitati commendavit. (b)

§. III.

Causae actionum humanarum, quae in nostra sunt potestate, momenta adquirunt, partim ex cognitione distincta de rei bonitate, partim ex impulsione, extrinsecus aduentitiis. Posterioris generis sunt consuetudo vulgo recepta, genius saeculi et adprobatio procerum, superstitio introducta, honorum opumque et voluptatis blandimenta. Consuetudines et sententiae receptae plus ponderis plerumque habent, quam argumenta distinctissime cognita. Paucissimi profecto sunt mortalium, qui proprio solidoque iudicio in actionibus suis conformandis vtuntur. Plurimi imitantur exempla illustria, licet ea infirmo stent talo vel in euentibus diuersis plus trahant decoris quam emolumentum. Sufficit plerisque, existare virorum summorum exempla, quae, si imitatione expresseris, eorum mereantur beneuolentiam, quantumvis cum noxa pro-

(a) In epistola ad Dominum Ernestum Ioachimum Grotium de *Originibus coenobii Luneburgici* 1732.4.

(b) Caspar Calvör in *Saxonia antiqua gentili et christiana* passim.

propria coniunctam
Ludolfiadarum indic

Vis inest summi
tas. Quis, quaeso
que est, qui rationit
mat? Quot nobis
renti plerumque l
e religio animo su
hic tot tabulae
erunt, ut aegre
libere dubitantium,
contraria discurrent
tus pro peruersis, e
dilatatis sunt confirn

Quum Saxones
m ex priori religio
m Episcopale instill
m permagna, qua
um quanta fuerit di
mus facile ignorat,
innoxios animaduert
m fere solos erant li
puta, ea verbis m
nant. Ei soli putat
os et incitamenta for
ta i. e. Dominos, (c
equa animi lance ad
Germanis quoque h
um Christiano Tho
t) repetere. lam e
ligante doctrinam

Augustinus in ec
moones praescripsit,

(*) Sic Abbas quidam
tus, denuo in T
fica deducit.

(b) CAESAR de bello Gal
L. XXX, c. 1. refer
hum-norum sume

pacis Claudiana p.
dibus TACITUS de

Esias de PFEFFEN
Antiq. c. 24. La
catur is vulgo lacol

(c) Pomponius MELA L. I
(d) THEOD. HASAEVS in
DVS ad Carechofin th

(e) E. Germania enim Brita
CAESAR de B. G. L.

(f) HENRICVS COCCHEVS
(g) Epist. LXXIII, p. 201. c
et c. 18, p. 228, 30 c.
Clementia epitome

(h) POSSIDIVS in Vita Aug
sam mox infituit;

propria coniunctam. Rationes hac singulae in censum sunt admittendae, si de indole Ludolfiadarum indicare lubet ea, quae coenobiis extruendis imminuit.

§. IV.

Vis inest summa ritui, qui inde ab annis teneris et cum lacte materno fuit instillatus. Quis, quaeso, ea ex causa non adiicit religioni album calculum? Quotusquisque est, qui rationibus philosophicis et theologicis singulas opiniones metitur et aestimat? Quot nobis sententiae obrepunt, quas examinasse piaculum ducimus? Fundamenti plerumque loco ea ponimus, quae semel sunt (*) recepta, horrorque et religio animo subeunt, quoties ab eis latum vnguem discedere conamur. Hinc tot fabulae de spectris, de lycanthropis et terriculamentis nos obtuderunt, ut aegre eas ex animis eicere queamus. Exstant quoque exempla nimis libere dubitantium, qui dum student animum ab anticipatis opinionibus liberare, in contraria discurrent et infantem effundunt cum balneo. Ex eo fit, ut doctos habeamus pro peruersis, eo quod nimis libere dubitant de eis, quae dudum priuilegio credulitatis sunt confirmata.

§. V.

Quum Saxones ad christianam religionem adpulerunt animum, retinere opiniones ex priori religione clauo trabali defixas nouasque adsciuerunt, quas Roma et genus Episcopale instillarunt. Ex priori religione infixae sedit animo autoritas sacerdotum permagna, quam quippe Episcopi sartam tectam seruarunt, ne sibi obessent. Druidum quanta fuerit dignatio et imperandi facultas apud Celtas (a) et Germanos, nemo vnus facile ignorat. Erant enim ei in conciliis carnifices et coactionis magistri, qui innoxios animaduerti, eos excludi a societate et plecti suppliciis, iuebant. Penes eos fere solos erant litterae, quas in cauernis (b) terrae docebant. Et ne effluerent dogmata, ea versibus mandabant, quos non exscribi, sed memoriae infigi et recitari, curabant. Ei soli putabantur ortum nosse rerum et immortalitatem animae, diuinationes et incitamenta fortitudinis, gentibus infundendae. Sunt quidem, qui putant, Druidas i. e. *Dominos*, (c) qui *truthin* vocabantur, defuisse Germanis. Verum qui rem aequa animi lance ad fidem scriptorum veterum expenderunt, nequaquam dubitant, Germanis quoque hoc hominum genus (d) interfuisse et praefuisse. Nolim tamen cum Christiano Thomasio autoritatem clauis soluentis et ligantis ex autoritate Druidum (e) repetere. Iam enim Cyprianus (f) et alii ecclesiae patres eam de clauo soluente et ligante doctrinam adferuerunt, ac hodieque in ecclesia viget Protestantium.

§. VI.

Augustinus in ecclesia occidentali anno 391 primus coenobia (g) instituit eisque canones praescripsit, ut coenobitae et litteras et pietatem ac bonos mores profiterentur,

(*) Sic Abbas quidam Cisterciensis in libro: *La Teologia del Chiosstro*, qui Romae 1731. fol. est editus, denuo in Tomo primo p. 5. ex locis Luc. XIV. 26. et Matth. XIX. 29. originem vitae monasticae deducit, licet textentis ostensum fuerit, loca adducta ad institutionem monasteriorum plane non quadrare.

(a) CAESAR de bello Gallico L. VI. c. 14. LYCANVS de bello Pharsalico L. I. v. 450. sqq. PLINIUS L. XXX. c. 1. refert, Tiberium eos sustulisse. Intelligendum id de Claudio, qui sacrificiorum humorum immolationes interdixit, testibus SVETONIO in Claudio c. 25. et SENECA in *Menippaea Claudiana* p. 858. Iohannes Iacobus CHIFLETIVS in *Vesantione* P. I. c. 14. p. 62. De Druidibus TACITVS de Germ. c. 7. C. S. SCHVRFLEISCH de *Institutis Druidum* p. 812. sq. Opp. Esaias de PFFENDORF in *Diff. de Druidibus* Lips. 1650. 4. Philippus CLVERVS L. I. *Germ. Antiq.* c. 23. *La religion des Gaulois* patris Benedictini Congreg. S. Maurae P. II. a. 1727. 4. Vocatur is vulgo Iacobus Martinus. Vide M. Georgii Henrici Ribovii, fautoris optimi, *Diff. de Anima brutorum* §. 151. p. 497.

(b) Pomponius MELA L. III. c. 2. CAESAR.

(c) THEOD. HASAEVS in *Diff. de Etymo Druidum* §. 5. p. 615. sq. in *Sylloge Dissertationum* I. G. ECCARDVS ad *Catechesin theoticam* p. 130. sq.

(d) E Germania enim Britanni, vnde Druides in Galliam venerunt, orti. TACITVS de *Vita Agricolae* CAESAR de B. G. L. V. c. 12.

(e) HENRICVS COCCEVS *iur. publ.* c. X. §. 3.

(f) *Epist.* LXXIII. p. 201. de *Lapsis* p. 129. Conf. *Constitut. apostol.* L. II. c. 11. p. 220. To. I. Cotelerii et c. 18. p. 228. ac c. 21. p. 230. Clemens in *epistola supposititia ad Iacobum* §. 2. p. 606. §. 6. p. 607. Clementia epitome de *gestis Petri* c. 146. p. 793.

(g) POSSIDIUS in *Vita Augustini* c. 5. p. 16. ed. Rom. 1731. 8. *Factus presbyter Monasterium intra Ecclesiam mox instituit; et cum Dei seruis viuere coepit secundum modum et regulam sub sanctis Apostolis*

tur atque ex eis semper deligi possent tanquam de seminariis Presbyteri (b) et Episcopi. Quum viri ipsius autoritas vna cum scriptis et doctrina eius longe lateque propagaretur, institutum hoc coepit promiscue adridere (c) et Pontificibus Romanis probari. Qui igitur sacerdotibus placere e re sua ducebant, coenobia instituebant, vt hoc pacto nil reliqui fecisse viderentur, quo christiana religio incrementa viresque posset acquirere. Deerant enim adhuc Academiae et scholae septem artium singulares. Vnde facile patet, institutum S. Augustini (d) meritissimis laudibus et imitatione optimatum fuisse longe dignissimum. Franci, ad christianam religionem deducti, et praecipue Carolingi, coenobia ad mentem Augustini condere ac redditibus praemunire coeperunt. Idem sensus ab eis translatus est ad Ludolfum, et Reges, e Saxonia creatos. Nam imperantium, ad quorum nutum inferiores (*) respiciunt et ei praecipue, qui rebus suis augendis inuigilant, exempla plus possunt, quam centenae doctorum sententiae et demonstrationes. Billungi, e suis possessionibus depulsi, a Carolo Magno in Hassia receperant redditus et praedia, ac in Francia orientali excellere non valuerant, nisi ex fauore Carolingorum. Ex hoc fonte Aeda, Odae mater, et Billungi vxor, alique traxerunt sitim aemulandi instituta pia, Carolingis adprobata. Ex hoc fonte Ebertus et Ida, Ludolfi parentes, biberunt, dum rebus sacris intendere animos. Ludouicus ipse Rex, gener Ludolfi, coenobitas adeo complexus est admiratione, vt Monachis Corbeiensibus profiteretur, nullam vitam esse diuiniorum magisque coelestem, quam coenobitarum. Vix iniri potest numerus coenobiorum, a Carolo Magno conditorum. (e) Ludouicus Pius, a patre admodum puer Aquitaniae praepositus, nihil prius didicit, quam monasteriorum (f) exstrukiones. Lotharius Imperator coenobitis et Episcopis erat acerbior, ideoque cognomen Pii Magnique haud merere poterat, Quin potius fabulam excogitarunt Monachi, diabolos cum geniis benignioribus certasse de eius anima et corpore, ac propemodum victoriam reportasse. (g) Hemma, Caroli Crassi mater, monasterium S. Mariae, vulgo *Obermünster*, Ratisbonae erexit et dotauit; Carolus vero Crassus id confirmauit et in immunitatis defensionem suscepit (h) anno 886. Essendiense instituit Alfridus Episcopus Hildesheimensis. Carolus Magnus inprimis vrsit septem artes liberales, easque in palatio Aquisgranensi depingendas curauit. (i) Ludouicus Pius inprimis anno 819 in concilio Aquisgranensi iussit componi librum, qui contineret *perfectionem vitae canonicae*, in quo etiam determinandam curauit *et cibi et potus et omnium necessariorum summam*, quem librum per omnes ciuitates et monasteria regni sui fecit describi. Tunc coeperunt deponi ab Episcopis et Clericis cinguli, balthei aurati et gemmeis cultris onerati, ornatae exquisitaeque vestes, et calcaria, talos onerantia. (k) Haec exempla secuti sunt Duces, Comites, et proceres Germaniae, ac Saxoniae. Quis enim ea instituta reprehendisset ac auersatus esset, quae summis cordi erant Imperatoribus Regibusque?

§. VII.

lis constitutam: maxime ut nemo quidquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia, et distribueretur unicuique, sicut opus erat. IOANNES SALINAS Neapolitanus de *Vita et Rebus gestis S. Possidii* Rom. 1731. §. c. 1. p. 8. sqq.

- (b) *POSSIDIUS* l. c. c. II. p. 32. sqq.
 (c) *IDEM* l. c. p. 34. *Similiter et ipsi, ex illo sanctorum proposito venientes, Domini Ecclesis propagatis, et monasteria instituerunt; et studio crescente aedificationis Verbi Dei, ceteris Ecclesiis promotos fratres ad suscipiendum Sacerdotium praestiterunt.*
 (d) Vide insigne testimonium Coelestini I Papae Romani inter Opera Leonis Magni ad a. 432. ed. P. Quesnel. *DVPIN Biblioth. eccl. To. III. P. II. HISTOIRE des Papes To. I. p. 210.*
 (*) Multum quoque momenti genio monastico amplificando adtulit exemplum S. Chrodegangi, Metensium Praefulis, viri ex Carolingis orti, qui Monachos plures et Canonicos instituit. Vide *Vitam eius* cap. X. p. 932. insertam Tomo I Io. Georg. Eccardi *Commentariorum de Rebus Franciae Orientalis*. Monachi Regulam S. Benedicti, Clerici regulares habebant sacros Canones pro norma viuendi. Chrodegangus canones denuo ex conciliis sanctisque Patribus collegit, et regulam S. Benedicti pro fundamento ordinationis suae posuit. Chrodegangi regulam Canonicorum edidit, capitibus 86 constantem, *ACHERIVS* To. I. *Spicileg. Conf. ECCARDVS* l. c. L. XXIV. §. 68. ad annum 762. p. 578. Vtinam haec Gothofredo Arnolde fuissent cognita, viro splendide mendaci.
 (e) *ALBERICVS* ad a. 793. p. 123. sqq.
 (f) *AVTOR vitae Ludovici Pii* p. 356. *AVTOR opusculi de Aquitania* p. 73. To. II. Labb.
 (g) *ADEMARVS Cabannensis* in Chronico p. 162.
 (h) Diploma Caroli Crassi existat apud *WIGVLEIVM HVNDIVM* in *Metropoli Salisburgensi* To. III. p. 1. 2.
 (i) *ALBERICVS* ad a. 795. p. 125. ed. Leibn.
 (k) Verba *ELINANDI* ad annum 819. p. 165. apud Albericum.

Nec credibile e
 dufriam carbone no
 am loco auri in non
 dum est, quidquid
 rae incrementa per
 ore per carmina et
 ctus ingesta. Lect
 Vt credenda et agen
 ungi iussit expositi
 de scriptis. Quae
 sedarunt Monachi
 primumque non ad r
 nessimorum coelitu
 dicit, vt Dodwell
 us, quod nequider
 is proinde exlteru
 rorumque conscriber
 r Imperatores, a L
 no existit per Gern
 tia et mathesis neg
 mendis historiis stuc
 tis (l) olim sunt scrip
 tologia coenobioru
 monem futuram aetat
 ere quicquam non p
 todivere. Quum ve
 abarorum in ruinas
 is sacrosanctis et asy
 stinuerunt. Ex eo
 ae industriae referu
 a, adhibet in fund
 ssum!

Consecratio, per
 cepta, ita inhaer
 ctus euelli vix posse
 ellabant, per saec
 unt. Eis enim, qui
 in eadem opinio in c
 cept, consecratos et
 prodelle perinde ac de
 es, eidem eo ipso sal
 raturat opibus coeno

(l) *SIGBERTVS* Gembl
 cerpens optima qua
 tes per circulum an
 (m) *MVRATORIUS* ad
 Conf. *IOYRNAL* de
 (n) Exquisite hoc ostendi
 (o) Cognouerant nonnulli
 1 Pet. I. 12. Luc. X
 esse angelis similes.
 tis. Probabile ipse
 Deum pro salute e
 preccationem pro no
 separantur a corpor
 ne numerus damna

§. VII.

Nec credibile est, quenquam tam fore impudentem, ut, Carolingorum eam industriam carbone notandam esse, existimet. Licet enim infitiamur haud lubet, lupinam loco auri in nonnullis theologicis doctrinis esse adhibita; id tamen laude insigniendum est, quidquid ad propagationem professionis a Christo exortae et ad rei litterariae incrementa per exstructiones coenobiorum accessit. In coenobiis doctrina diuina per carmina et hymnos, quotidie decantatos, fuit in memoriam defixa et audientibus ingesta. Lectae sunt in eis quotidie partes sacri codicis et eius expositio brevior. Ut credenda et agenda curatius constarent, Carolus Magnus in pericopas evangelicas conligi iussit expositiones, in compendium redactas (*) ex saluberrimis Patrum ecclesiae scriptis. Quae expositiones post illa evangeliorum verba recitata praelegebantur. Desudarunt Monachi nonnulli in describendis Sanctorum et Martyrum vitis, eosque plerumque non ad modum perfectionis, quae in homines cadit, sed ad imitationem purissimorum coelitum exegerunt. Numerus martyrum, licet is tam exiguus non extiterit, ut Dodwello visum fuit, iusto tamen maior et splendidior a Monachis fuit effectus, quod nequidem ei, qui *Acta Sanctorum* conligunt, ubique dissimulant. Coenobia proinde extiterunt officinae et instrumenta litterarum et in primis historiae qualitercunque conscribendae ac conseruandae. Scholae in eis initio floruerunt. Reges et Imperatores, a Ludolfo exorti, litteris admodum fuerunt propitii. Quare nullum tunc extitit per Germaniam coenobium, in quo veteres scriptores classici, poesis, oratoria et mathesis negligebantur. Roswitha nostra et Witichindus Corbeiensis in contextendis historiis studium posuerunt. Ecquid multa? Singula fere Chronica in coenobiis (l) olim sunt scripta Donationum beneficio ipsisque chartis et diplomatibus, quae priuilegia coenobiorum continentur, notitia illustriorum hominum est adseruata, et ad omnem futuram aetatem sic defensa fuit ab obliuione. Qui ipsi ad usum publicum conferre quicquam non potuerunt, ei veteres membranas descripserunt et posteritati custodire. Quum vero castella et loca reliqua furore hostium expilata, immanitate barbarorum in ruinas redacta, et mutuis bellis delecta sint saepius; coenobia pro locis sacrosanctis et alyis sunt habita, eamque ob causam minus crebro vim armatam sustinuerunt. Ex eo factum, ut scripta et membranae ad posteros transmitti nostraeque industriae referuari potuerint. Adeo Deus semper ea, quae per sese adparent leuia, adhibet in fundamenta utilitatis futurae suoque tempore fructum spondentis amplissimum!

§. VIII.

Consecratio, penes Romanos Graecosque ante susceptam religionem christianam recepta, ita inhaeserat animis hominum, per orbem terrarum passim obuia, ut ea radicitus euelli vix posset. (m) Romani Imperatores, ei quoque qui sese christianos appellabant, per saeculi quarti decursum consecrati et post mortem inter Diuos relati sunt. Eis enim, qui benefici sanctive fuerant, id honoris potissime exhibitum. Sensim eadem opinio in doctrinas christianorum transit. Fides accessit opinioni, et credi coepit, consecratos et deprecationes ad eos directas permagni esse roboris viuisque prodesse perinde ac defunctis. Quare simulac monasteria struere consueuerunt homines, eidem eo ipso saluti suae potissimum voluerunt consulere. Condiderunt enim et donarunt opibus coenobia, ut ad Diuos (a) sanctosque pro incolumitate ipsorum preces,

(*) SIGEBERTVS Gemblacensis ad a. 807. p. 61. *Carolus Imperator per manum Pauli Diaconi sui, decerpens optima quaeque de scriptis Catholicorum patrum, lectiones unicuique festiuitati conuenientes per circulum anni in Ecclesia legendas compilari fecit.*

(l) III. MVRATORIUS ad Petri Diaconi libellum in introductione n. I. To. VI. *rerum Italicarum scriptor.* Conf. *IOVRNAL des Savans* a. 1733. M. Febr. p. 268. sq.

(m) Exquisite hoc ostendit *Ioh. Dan. SCHOEPFLINVS* in Tr. historico de *Apotheosi*, Argentorati 1730. 4.

(a) Cognouerant nonnulli ex sacris litteris, fata ecclesiae militantis innotescere triumphanti Eph. III. 10. 1 Pet. I. 12. Luc. XV. 10. et animos piorum, corpore liberatorum vel gloriose rursus donatorum, esse angelis similes. Collegerunt porro, coelitis esse gaudia de incolumitate ecclesiae militantis. Probabile ipsis visum, huius exemplo Christi, patrem pro ecclesia deprecantis, implorare Deum pro salute ecclesiae, in terra haerentis. Subnexuerunt huius conclusionem, coelitum deprecationem pro nobis non frustra implorari I. Fr. *BYDDEVS* probabile censet, animas, simulac separantur a corpore, non vltioris peccatorum remissionis esse capaces. Patres vero veriti sunt, ne numerus damnatorum nimis excreceret, ne plus mali quam boni diuinis inesset operibus.

ces, inibi instituerentur ab eis, qui coenobialem sibi vitam delegerant. Ea propter coenobia non in vnus Dei honorem, sed in complurium Sanctorum cultum, fundata legimus. Solet alias vita humana ad commoditatem redigi, si ea, quae singuli scienter et adfabre perficere nequeunt, a nonnullis nomine totius societatis humanae expediantur. In rebus, ad externa felicitatis adminicula spectantibus, hoc modo finis propositus saepe obtinetur. Eandem opinionem homines ad procurandam animae tranquillitatem et felicitatem sempiternam inconsulte transtulerunt. Quomodo enim fide aliena, et aliena ex devotione, anima mea potest fieri pura, sancta et felix? Quemcunque heic suus manet labor, sua animae suae cura, sua ad res in anima obuias adtentio, sua devotio, sua salus. Deprecatio alterius a me damna temporalia profligare potest; salutem sempiternam per sese efficere haud valet. Nisi enim ipsemet poenitentiam male actorum egero, gratiamque a Deo oblatam excepero sitienter; nunquam vera et perenni felicitate potiri possum, licet sexcentae pro me vigiliae et millenae aliorum deprecationes fuerint celebratae. Et quis sanctorum petet a Deo, vt is ordinem sapientissime constitutum aboleat, ac in posterum citra fidem, et emendationem animi, homines beet? Nihilofecius in sacris donationibus, quae a Regibus heroicisque olim sunt profectae, nunquam non iniicitur mentio deprecationis, vicissim praestandae, et pro viuus mortuisque (*) valiturae. Benefecerunt enim homines coenobiis, vt horum incolae vitam piam pro sese ac aliis transigerent, easque preces, quae ab aliis quoque dicendae erant, procurarent. Haec destinatio donantium vulgo appellata est *remedium animae*.

§. IX.

Contingit raro, vt vni actioni vnus duntaxat cohaereat finis. Qua de causa facile est intellectu, conditores coenobiorum in id quoque intendisse animum, vt familiae honoratioris conseruarentur, et vt ei inprimis, qui ad negotia publica domesticaque obeunda vel ad matrimonia contrahenda erant inhabiles, a contemptu vulgi perferendo arcerentur. Initio haec cura et hic finis vix in censum veniebat. Ecclesiae enim dilatatio et doctrinae saluberrimae propagatio tum vtramque faciebant paginam. At postquam reditus annui creuerunt et Principes proceresque intellexerunt, familias suas commodius posse conseruari per coenobiorum instituta; ad qualemcunque sensum suorum nutritionem honoratam magis respexerunt, quam ad laudes Dei amplificandas. Si quis foret rebellis, suspectus, supplicio dignus; is ad coenobia tanquam ad ergastula detrudebatur, vt vitam tolerare posset et curas a rebus fragilibus ad bona firmiora conuerteret. Quum Ludovici Pii vxor *Iuditha* in odia sacerdotum incidisset, ipsa anno 830 (b) vna cum (c) fratribus, Conrado ac Rudolfo, ad coenobialem vitam exigendam amandabatur. Lotharius I, Ludovici Pii filius, fratrem Carolum, ex *Iuditha* genitum, a. 833 Prumiensi mancipauit coenobio, (d) ne esset, qui eriscundae paternae hereditati intercederet. Nihilofecius et Monachis et Canonicis tum ad regulas, pietatis et disciplinae plenas, vita erat accommodanda. Canonicis normam Ludovicus Pius praescribendam curauerat per Episcopum Metensem Amalarium, quam exstare nouimus apud Iacobum Sirmundum. (e) Monachis vero regula S. Benedicti fuit commendata. Quae vt accuratius seruetur, Ludovicus Pius Abbatem Benedictum ac nonnullos probatoris vitae Monachos constituit, qui obirent (f) et lustrarent coenobia, eisque eandem traderent S. Benedicti (g) regulam. Quum vero Normanni vexarent prouincias Germaniae ac Galliarum, vniuersus Canonicorum et Canonicarum coetus fuit dissipatus, ordo disciplinae dissolutus, et vitae puritas in derelictis habita. Excepit hanc vicissitudinem reformatio, et reformationem vnā consecuta est altera, vt in magno

flumine

Displicebat Origenismus et Apocatastismus, ne securitati fenestrae patefierent. In medium igitur consuluerunt. Securitati obex positus; gratiae vero divinae ostium dilatatum. Quam recte ita definitum sit, per sese patet.

(*) *CYPRIANVS* ep. 55. p. 108. *Exomologesis apud inferos non est.*

(b) *Annales Bertiniani* ad e. a.

(c) *AVTOR Vitae Ludouici* p. 395.

(d) *Idem Autor* p. 399. 400.

(e) *To. II. Concil. Galliae* p. 333. sq.

(f) *AVTOR vitae Ludouici* p. 368. *Natalis ALEXANDER* To. VI. *Hist. eccl. saeculo IX.* c. III. artic. 12. p. 54.

(g) Hanc regulam et reliquas tunc vsitatas produxerunt *SIRMONDVS* l. c. p. 435. sq. et *BALVZIUS* To. I. *Capitularium* p. 479. sq.

flumine vndam vndam
sunt incrementis.
delicuerunt sustiner
monis Monachisque.
tatem patrociniur

Tanta opum vi
ben et animi molliu
regulae, et laborum
erunt litterae: Imp
adprobationem coi
nisi ruinas et clad
regulis praestari solita
unt: Virgines votu
miserunt, vt reliq
to et principum pro
finae ac pietati esse
ore praetorum dix
figantur, et purissi
mentum, conuerteru
e callebat. Ceremi
na fuit bonorum op
sermonis, ab huma
eplacati sacerdotis,
indimentis et benefi
cum et alterum abuf

In adfiscendis e
ulliozem vitam pro
tus diuitis, numis,
vires et reliquorum
aperiti. Qua de ca
s videri poterant, ri
tione sacerorum agn
unt. Horum prima
e fit, vt per integras
luna (b) facere au
loci, linguam retinu
celebrandis. Siquis e
unt, traduxerunt ing
Magnus vir suae aetati
e quod Monachos ad
e ignarissimis sacerdo
bi quotidiano. Pauc
bat sensum Psalmorum
a Monacho aliquo noue
fium ebraica restituere
Abdome inertia homines

(b) *Histoire des Papes* To
quet, et furent pos
obteniens de luitos
Princes à ne pas es
(c) Singulare est iudicium
Luzim, fore ignorat
(d) Sunt in Academijs Pre
ce docent, et latin
al, inter quos Mosh

flumine vnda vnda superuenit. Interhaec patrimonia coenobiorum insignibus euecta sunt incrementis, Regesque ac Imperatores (h) dimidiam reddituum suorum partem adplicuerunt sustinendis templorum ministris, canonico ritu viuentibus, ac virginibus votiuis Monachisque. Quis ignorat leges permultas, in honorem ecclesiarum et ad securitatem patrociniūque coenobiorum promulgatas?

§. X.

Tanta opum victusque adfluentia coenobiis fuit inimica. Ipsa enim peperit inertiam et animi mollitiem. Ex inertia progerminauit neglectus studiorum, vilipendium regulae, et laborum pro religione excolenda euitatio. Saeculo decimo in Saxonia floruerunt litterae: Imperatoribus ex Ludolfo ortis, litteraturae et honestis scientiis opem ac adprobationem conciliantibus. Saeculo vndecimo violentia Henricorum Saxonibus nil nisi ruinas et clades intulit. Ex eo tempore coenobia coeperunt obseruantiam, in regulis praestari solitam, insuper habere. Monachi, vt sua tuerentur, arma adripuerunt: Virgines votiuae maximam reddituum suorum partem militibus ac ministerialibus tradiderunt, vt reliqua bona forent salua. Interhaec dignitas caduca, quae est vitae huius et principum propria, in coenobialē vitam fuit adsumta, ac plerique, qui vitae diuinae ac pietati esse praedicabant deditissimos, honores fluxos circumspexerunt, ius more praetorum dixerunt, numos percusserunt, comitia inuiferunt, de praerogatiuis litigarunt, et purissimam religionis faciem in fucum, et pietatem in dominandi instrumentum, conuerterunt. Retenta fuit in sacris lingua latina; sed quam fere vnus et alter callebat. Ceremoniarum externarum obseruatio, a puritate animorum separata, ornata fuit bonorum operum encomio. *Poenitentia* non in emendatione animae, sed in ceremoniis, ab humano ingenio inuentis, conlocata. *Remissio peccatorum* pependit ex voce placati sacerdotis, ex deprecationibus aliorum inconditis et vix serio recitatis, ex blandimentis et beneficentiae speciminibus, turbae sacerdotum exhibitis. Notabimus vnum et alterum abusum curatius.

§. XI.

In adfiscendis coenobiorum nouitiis fociis ac sociabus sensim ad pietatem et tranquilliorē vitam probatosque mores non adeo respexerunt veterani. Inuigilarunt potius diuitiis, numis, auctoritati in dies augendae, et ignorantiae suae obtegendae. Seniores et reliquorum praefecti erant successu temporis fungi et studiorum optimorum imperiti. Qua de caussa prouiderunt, ne eos sibi adgregarent, qui peritiores et meliores videri poterant, ritu protecclesiastarum nostrorum, qui ipsi vel numis vel commendatione focerorum agnatorumque ad summos honores obtinendos aditum sibi patefecerunt. Horum prima est lex, ne quis eruditior gymnasiis (a) vel ludis praeficiatur. Ex eo fit, vt per integras prouincias Germaniae paucissimi restent, qui plane et apte verba latina (b) facere aut contexere possint. Ne tamen coenobitae viderentur indocti, linguam retinuerunt latinam, tum in hymnis decantandis, tum in vigiliis concelebrandis. Siquis esset doctior et prudentior intra coenobii parietes, eum reliqui oderunt, traduxerunt ingeniose, et, quauis oblata occasione, insectati sunt. Albertus Magnus vir suae aetatis doctissimus, Ratisbonensi Episcopatu fungi quietus non potuit, eo quod Monachos ad disciplinam et doctrinas ornatiores reducturus erat. Maluit igitur ignarissimis sacerdotum et Monachorum primipilis cedere, quam in discrimine versari quotidiano. Paucissimi enim ante reformationem, a Luthero tentatam, intelligebant sensum Psalmorum, antiphonarum et responsoriorum. Graeca adeo erant ignota, vt a Monacho aliquo nouum testamentum graecum haberetur pro haeretico homine. Reuchlinum ebraica restituentem, Monachi fere, dummodo licuisset, ad tartara detrussissent. Adeone inertia homines excaecare et ad belluinum viuendi genus praecipitare valet?

§. XII.

(h) Histoire des Papes To. I. p. 279. de Theodosio II: *Il avoit un respect singulier pour les Ecclesiastiques, et surtout pour ceux, qui excelloient en Sainteté. Desorteque ces gens là, toujours avides, obtenoient de luitout ce qu'ils vouloient.* Et p. 275. *Ceci soit dit en passant, pour apprendre aux Princes à ne pas enrichir l'insatiable Clerge aux depens des Suiets, qui font fleurir l'Etat.*

(a) Singulare est iudicium Autoris, qui scripsit Histoire des Papes To. I. de Iustino II Imperatore p. 292. *Iustin, fort ignorant, et pour cela meme bon Catholique.*

(b) Sunt in Academiis Protestantium complures Professores, qui exemplo Christiani Thomasi germanice docent, et latina ne quidem rite pronuntiare debiteque componere didicerunt. Excelluat pauci, inter quos Moshemius, Walchius, Heineccius &c.

§. XII.

Stultos et ecstáticos ferre poterant coenobitae, eisque laudem *sanctitatis* inuidere haud consueuerant. Quo factum est, vt *sancti* plerique fuerint semihomines, ficulni, trunci. Siqui enim erant mentis, ab atra bile suffusae, pleni, ac ex solitudinis amore ad deliramenta imaginationis fallacissimae propensi; eis nil impensius curae erat cordique, quam vt otia transfigerent voluendis ac reuoluendis fictionibus, quas futuri auida mens de conditione coeli et gehennae conceperat. Hinc tot aureae *Legendae* et Iacobi de Voragine *Historia Lombardica* in scenam prodierunt. Inter haec fictiones et ignorantiam genuinae Numinis voluntatis ita sibi placuerunt Monachi, vt ceteros homines prae sese contemnerent, quamuis ipsi Sanctitatis praecones in mutua flagitia et peccata muta ac inaudita probra inter defidiam suam prolaberentur. Miror, in *Vitis sanctorum* et *regentorum* nil referri de vitiis olim commissis. Nam cuncta inibi ad fictiones, per quas exigua mutantur (a) in maxima, exiguntur. Qui enim quotidie vitam hominum inspiciunt, et cum eis, qui sanctitatis laudem prae ceteris ambiunt, versantur, norunt omnium optime, quantae et quot dentur imbecillitates, quibuscum quotidie homini est conflictandum. Ab ineunte aetate inquisiui in vitam et mores hominum piorum, praecipue eorum, qui aliis et exemplo et doctrina praelucere debent. At, bone Deus, quantum nugarum, improbitatum, avaritiae, indomitae ambitionis, et obstinationis vbique reperi. Numquid vero olim spiritus sanctus fuit potentior? an vim suam is hominibus sequentium saeculorum subtraxit?

§. XIII.

Otia dant vitia serendisque rumoribus et fabulis sunt aptissima. Ex eis coenobitae ad inuenienda et fouenda superstitionum adminicula reuoluti, ignorantiam rerum physicarum et complexus veritatum diuinarum conuerterunt in instrumenta cupiditatum dominantium. Hinc tot commenta de adparitionibus angelorum fictis eorumque adlocutionibus, de reditu animarum ex igne purgatorio, de sexcentis aliis nugivendulis apinis, emanarunt. Genuina religionis facies eis ex causis sensim fucum situmque contraxit. Adfuerunt purpurae dogmatum diuinarum Monachi otiosi pannos permultos, Scholaestici quaestionibus spinosis diuexarunt theologiam. Quis non Lombardistas exhibilat, negantes, humanam Christi naturam esse dicendam *aliquid*? Quis non stupet, simulac intellexerit, Scholaestici curam fuisse de numero angelorum, qui possint simul in apice acis sedere? Mystici contra auersabantur philosophiam, theologiae incommoda ratione admixtam, et *speculatiuam* a *contemplatiua* theologia diremerunt, vt imaginationi frenos laxare et quilibet ex quolibet effingere possent. In triplici ipsorum via nec de verbo Dei nec de vera illuminatione, nec de iustificatione, nec de redemptione Christi, vnica veritatis diuinae amissa fuit seruata. De illuminatione citra verbum, de verbo interno et effecto, de anima in Iesum substantialiter transformanda, de vitae aeternae fruitione in hac vita, de cognitione Dei a facie ad faciem in hac caduca lucis vsura, de reuelationibus verbo scripto repugnantibus, de visionibus et ecstasibus commentitiis, de nuptiis sensibilibus cum agno per infusionem substantiae Dei, de apocatastasi animarum damnatarum et per deprecationes Monachorum restituendarum, de perfectione animae per opera, de oratione mentali et ideas transcendente, aliisque sexcentis otiosorum hominum fictionibus, certissima venditarunt evangelia Mystici. Dolendum est, hanc luem parietibus Platonicorum et Mysticorum hominum sese non continuasse, sed nonnunquam in ipsum Protestantium coetum tentasse eruptiones impetue. Qui Aristotelicis et Platonicis quisquiliis vacare non poterant, pro fungis feruisque sunt habiti. Magistratibus paulatim dicto audientes esse abnuerunt Monachi. Ex infirmitate intellectus et deprauatione voluntatis monstra enata sunt horrenda, misera, et detestanda, in quibus recensendis frustra operam poneremus, siquidem illa satis patent, quamprimum vitam coenobitarum ad cynosuram verbi diuini exegerimus. Imaginationis enim feruor Mysticos reddit vitae prudenter transfigendae ineptos, vltra modum ambitiosos, iudicio solido captos, suspicaces, saepiusque desperatos. Platonicorum entusiasmus occupauit ingenia, quibus simplicitas veritatis diuinae erat fastidio. Ex eiusmodi lacunis bibit *GOTTFREDVS ARNOLDVS*, ex odio, in systematicos ac Aristotelicos conceptos, ad castra Mysticorum ac Platonicorum prolapsus, quum ipse

viam

(a) IOANNES CLERICVS in *Appendice ad To. II. Opp. Augustini* p. 622.viam mediam regia
diu. (a)Scholaestici Mystici
quodque erat, vt ipsi
Dum ipsi hoc
regibusque ob
vitiis et instrumentisSiqui essent ocu
tentarent, eis c
magiae, pacti
Christiani
vnde repraesent
atheisticatio
obtrudereSanctitas, coen
veritate coelest
pabulo exsatiata
de virtutum
lectatio, licet men
nae, quae digna vi
confictos
paupertatis, falsi
turgida, quibus
electis imponere.Si modulus animi
coenobitis collegerit
et fundamento d
archiam ecclesiast
minus solide rec
magnificentiae ex
Sibyllae folio
Clericos ditauerunt
adscripti. Qui v
sed potius atro n
sistent, qui a mendMirari lubet, otii
seculus rusticus, et c
inuis inuocationem, i
patrios defensante
donationibus (e)(c) Confessio Christiani
circa hystor. eccles. p.

(d) Histoire des Papes To.

(e) Chr. THOMASII Notae
p. 1987. sqq.(f) Nostra actus, vbi tant
Pharisei Iesu obtenti
regenerati impingunt(g) D. Ioannes SALINAS de
Ita Emanuel Caietanus S
ca Apostoli S. Iacobi
ad Iohannem V. Lu
bus cunctis, qui Cler

viam mediam regiamque detegere non posset, per exilitatem, qua laborabat, iudicii. (a)

§. XIII.

Scholasticis Mysticisque, quorum domicilia potissimum erant coenobia, id curae cordique erat, ut ipsi dominarentur aliorum mentibus, eisque chimaeras suas inculcarent. Dum ipsi hoc pacto sibi dominatum et auctoritatem colligere studuerunt, principibus regibusque obedientiam paulatim denegarunt, quos non pro capite suo, sed pro brachio et instrumento reputarunt crudelitatis et caecitatis suae, nunquam (*) exsatiatae.

§. XIV.

Siqui essent oculatiores, suoque iudicio confisi ex limpidiori fonte veritatem propinare tentarent, eis crimina haereseos, veneficii, possessiones spirituum familiarium et probra magiae, pactique, (b) cum cacodaemone initi, calumniae (c) fuerunt impactae. Naudaeus, Christianus Thomafius et Gottlieb Samuel Treuerus haec effictas ignominias viuide repraesentarunt, et innocentium vindicias summa cum laude susceperunt. Utinam atheificationem et haeretificationum crimina inter nostros solidius vel parcius infontibus obtruderentur!

§. XV.

Sanctitas, coenobitis consueta, plerumque haud profluxit ex agnita et genuine exposita veritate coelesti, sed ex voluntate, tenebris immerfa, et miraculorum imaginario- rum pabulo exsatiata. Intentio citra directricem iudicii culturam saepius suffecit praeconiis, de virtutum splendore susceptis. Continentia externa et paupertatis speciosa adfectatio, licet mens funditus vitiis constricta iaceret, sanctitatem fudit celebratissimam, quae digna visa, ut litteris proderetur. Venit in mentem Manichaeorum, qui venditabant confictos sanctitatis titulos, prodigiosam ciborum abstinentiam, simulationem paupertatis, falsam continentiae speciem aliaque praescripta immania et supra modum turgida, quibus fumos ac praestigias mentibus hominum offundebant, ut possent vel electis imponere. (d)

§. XVI.

Si modulos animo reuoluimus, quibus Sanctitatis opinionem nonnulli hominum in coenobiis collegerunt, eos deprehendimus magis splendidos et speciosos, quam solidos et fundamento diuino superstructos. Magna pars eorum ad hierarchiam et monarchiam ecclesiasticam stabiliendam incubuit. BERNHARDVS Lothario Regi minus solide recuperationem inuestiturae Episcoporum dissuasit, Pontificisque summi magnificentiae extollendae summis inuigilauit viribus. Brigitta, Catharina utraque et aliae Sibyllae folio hierarchico praeclare fuerunt adfentatae. Imperatores et Reges, qui Clericos ditauerunt, Pii et Magni sunt cognominati, ac eorum nonnulli coelitibus sunt adscripti. Qui veritatis et iuris rationem habuerunt, cognomento illustri non potiti, sed potius atro notati sunt carbone. Venena saepe et toxica hisce sunt mista, ut deessent, qui a mendaciis et fraudibus orbem purgare poterant.

§. XVII.

Mirari lubet, otis honores fuisse datos, laboribus vilipendium. Quis enim pauperulus rusticus, et duro labore victum suis quaerens inter seriam et simplicem Numinis inuocationem, in numerum Sanctorum est adscriptus? Quem heroem, fortiter lares patrios defensantem et pietatis decus ostendentem, coelestis honos mansit? nisi forte is donationibus (e) Monachos et ecclesiastas permulsi, vel in habitu monachico

fe

(a) Conferatur Christiani THOMASII *Historia iuris naturae*, c. 3, §. 23. sqq. p. 30. sqq. et eiusdem *Cantelae circa histor. eccles.* p. 112. 142. 163. 172.

(*) *Histoire des Papes* To. I. p. 334.

(b) Chr. THOMASII *Notae ad Lancellotti Institutiones iuris canonici*, L. IV. tit. 5. a nota 228. ad 234. p. 1987. sqq.

(c) Nostra actate, ubi tanti de regeneratione et collapsi christianismi emendatione strepitus excitantur, Pharisei sese obtentu sanctitatis vbique intrudunt et peritioribus doctisque calumniam animi non regenerati impingunt, metientes pietatem vultu $\sigma\upsilon\kappa\epsilon\theta\epsilon\omega\pi\omega$ et phantasiis mysticis.

(d) D. Ioannes SALINAS *Neapolitanus* in *Notis ad Posidii Vitam Augustini* c. 1. p. 10. ed. Rom. 1731. 8.

(e) Ita Emanuel Caietanus Sousa in *Dissertatione Historico-critica*, quam inscripsit: *Expediitio Hispanica Apostoli S. Iacobi Maioris asserta*, et Vlyssipone occidentali a. 1727. fol. edidit, in praefatione ad Iohannem V, Lusitaniae Regem, directa eos potissimum Reges et Reginas Portugalliae laudibus euehit, qui Clericis nomine Iacobi fuerint obnoxii ac benigni.

se sepeliri iussit. *Sancti* fere omnes fuerunt Clerici et Monachi, quasi huius pietas fuerit propria, ceteris non item. Post hosce in tabulas coelitum adscripti sunt ei, qui sese vel per stupiditatem vel hypocrisim ad nutum Clericorum primi ordinis conformarunt.

§. XVIII.

Monasteriorum origo et usus sua laude vigent. Abusus habet vitium. Reformatio, et repurgatio abusus, nitorem pristinum reddere debent. Monasteria enim olim pietati exercendae, veritati coelesti excolendae et propagandae, hymnis optimis decantandis, artibus et disciplinis salubribus tractandis, et piis, a strepitu mundi abhorrentibus, fuerunt consecrata. Quare, ea verbo diuino, pietate in Deum, superstitionis extirpatione, consiliis optimis, amore in homines exercendo, et scientiis optimis personare, fas est, non neglecta magistratus legitimi veneratione et iustissimis pro eo deprecationibus. Quantum hi fines, a conditoribus praedefiniti, impleantur et attingantur, meum non est diiudicare. Tentauit emendationem vitae monasticae nuper inter Pontificios Abbas Ordinis Cisterciensis in libro a. 1731. duobus Tomis Romae in forma maxima edito. Est ei titulus praefixus: La Teologia del Chioftro overo la Santità e le Obbligazioni della Vita Monastica.

§. XIX.

Id in primis multos male habet, per instituta coenobiorum vocandum esse coelibatui. Verum et huic difficultati obuiam iri potest. Si enim nemo ad coelibatum voendum admitteretur, nisi qui pleno iudicio momenta conditionis suae indolisque ponderare valeret; vincula conscientiarum minus forent dura et fastidiosa. Olim licebat voto rursus renuntiare, quoties, ex asse satisfacere eidem, non erat integrum. Velabantur quoque (***) viduae, nec arcebantur viri viduitatis probatae. Finge tamen, coelibatum coenobiale vno et altero laborare naeuo; tum quaestio in censum venit, an plura peccata per coelibatum, an plura per matrimonia sacerdotum licita admittantur. Num nulli sacerdotum flamma ardent vetita? Nonne et in coniugio peccatur, quotiescunque ad libidinem explendam coniungati duntaxat coeunt? An vxores sacerdotum nunquam adspargunt labem, sese singulis officii diuini partibus dirigendis ingerendo? Vna rescinditur ratio perueniendi per artes prauas ad munia obeunda, vbi coelibatus sacerdotibus monachisque loco capistrum est iniectus. Circumspice enim viros potiores, qui docent ecclesiam Protestantium, et inquire, annon pars ipsorum dimidia (b) per Venerem ad cortinam Phoebi fuerit euecta? Huic obigit Nympha Apollinis ideoque fratribus praesidere iussus est. Ipsa, potentiae suorum conscia, marito imperat, luxum et delicias in victu vestituque continuat et amplificat, fastum et superbiam in infantes transfundit. Hi simulac ex ephebis egressi sunt, omne honoris punctum sibi vindicant speciemque virtutis, honestatis et eruditionis praeferrunt, vtut virtutem et doctrinam solidam vix primoribus degustarint labris. Ne labascant candidati vel spes ipsorum auolent, ipsi, ni numis sit locus, spiritum venerantur familiarem amplissimisque familiis sese mancipant. Vxor adsumitur, vt honestatis species in vita cum nitore ostentari possit. Plerumque ipsa, ab inuito animo, saltem honoris causa, adscita, minus placet. Quare magis placet scriba vel praeceptor domesticus vxori; marito adridet Venus aliena. En coelibatum et nulla thalami vincula in matrimonio! Hinc fordet multitudini imperitae pietas et dignitas sacerdotalis. Quis enim est, quin primo obtutu animaduertat, sacerdotium ita in familiarum conseruationem facillimam conuerti, et vitia summa eos tenere obrutos haud raro, qui pro concione nil magis quam vitia detestantur. Accedit incommodum aliud fere inexpugnabile. Educatio infantum sacerdotalium parentes reddit de futuro sollicitos, expedientes quippe, obitu sacerdotis claudi vsum fructum parochialem. Quanta nuper ignominia per prouinciam integram sacerdotio infligebatur, quum nulla Sparta sine Marta intelligeretur parta? Hocce malum horruerunt nonnulli inter Protestantium Doctores, ideoque sancitum est, vt Abbates, Loccumerensis

(*) *Histoire des Papes* loco citando. Symmachus tamen a. 513 libertatem illam circumscriptit. *SYMMACHVS ep. 5.*

(**) Existat tamen decretum Gel. I Papae, quo ritus ille vetatur. *Histoire des Papes* To. I. ad a. 494. pag. 263.

(b) Patroni et commendatores saepe habent quamdam in promptu, quam ad taedium permoluerunt. Hanc Iohannes, vt fiat Pastor, non potest non deligere. Patroni cognata seu filia quoties Messalinam agit, et deinceps pro ornamento traditur Iohanni? Per adulteram honoratiorem quoties obtinetur a Priapo officium?

mis et Bergensis,
Theologi, ni virgine
mentum rapuisset?
contentionem addu

REBUS CO
ECCLES

De coenobio

mma. §. 1. Situs
§. 2. Confe
§. 3. Ordo
§. 4. Ritus
§. 5. - -

Locus ipse coenobium milliaris
rum. Origo
Saeculo enim
m est. Additi sunt
dem saepius inuisti
mum. In proxim
refatus est, et sese
ille mox complures et

ADELHEIDA II
in ordinem redegit e
bit et eum honorem
to, II. Leibn. Vtranc
scriptoribus antiquis id
necrari iussit in hon
Gleichensis filia, qu
p. 695. An antecel
Fundationi Clusae addid
tum Monasterii et fil
addidit.

Monachi regulae S
non satis conformabat

(i) In Calendariis antiquiss
inhabitorem. Ce
proximo sans laud
Leibn.

(b) De quo hominum gener
pro p. 13. 199. Liber

mensis et Bergenfis, sint caelibes. Et quanta non fuisset gloria magni nostra aetate Theologi, ni virginem generosorem, instar Romuli in Sabinas inuolantis, in matrimonium rapuisset? Si igitur incommoda et peccata, coelibatui et matrimonii amica, in contentionem adducantur, difficile est pronuntiari, vtra sint grauiora.

DISS. XII.

DE

REBUS COENOBIORVM, MINISTERII
ECCLESIASTICI ET SCHOLARVM.

CAPVT I.

De coenobio INCLVSA, CLVSA, CLVSINO ad
Gandershemium.

- Summa. §.1. *Situs loci et origo monasterii.*
 §.2. *Consecratio.*
 §.3. *Ordo Monachorum Benedictinus.*
 §.4. *Ritus electionis et confirmationis Abbatum.*
 §.5. - - - 32. Recensentur Abbates.

§. I.

Locus ipse coenobialis ad occasum Gandershemii spectat, inde non vltra quadrante milliari Germanici distans. Interiacet monticulus, quem vocant *Clusarum*. Origo coenobii ex aede S. Georgii Gandershemensi videtur repetenda. Saeculo enim ineunte nono templum heic exstructum et S. Georgio consecratum est. Additi sunt redditus ex *colle commendae*, *kaminadenbrink*. Ludolfus Dux hanc aedem saepius inuifit, a qua haud procul villam et villicationem habuit prope Gandershemium. In proximo solitarius homo vnus et alter (a) sub specie devotionis sacrae versatus est, et sese cellae *inclusae*, (b) vnde adpellatio *inclusae* trahitur. Adgregarunt sese mox complures et saeculo iam XI coenobium *Inclusae* exstitit.

§. II.

ADELHEIDA II, Abbatissa Gandersheimensis, existimatur vulgo coenobium hoc in ordinem redegisse et prouentibus instruxisse. **BODO**, qui ita sensit, sese mox emendauit et eum honorem Adelheidae tertiae transcripsit, in *Chronico Clusinensi* p. 346. sq. To. II. Leibn. Vtramque catalogi nostri pro Henrici III Imperatoris filia venditant. Ex scriptoribus antiquis id ipsum ostendi vix potest. Ipsa a. 1124 coenobium Clusinense consecrari iussit in honorem S. Georgii. Nullus dubito, quin ipsa fuerit Henrici Comitissae Gleichenfis filia, quae a. 1106 fuit iam Abbatissa Stederburgenfis. Vide *diploma Vdonis* p. 695. An antecesserit eam alia Adelheida, Adelheidae II soror, inquirendum est. Fundationi Clusae addidit Adelheida a. 1124 donum, quo ipso Monachis Benedictinis locum Monasterii et filuam adiacentem pro aedificiorum condendorum necessitate tradidit.

§. III.

Monachi regulae S. Benedicti nomen dederant, sed integritatem vitae et morum ei non satis conformabant. **BERTA** a. 1127. 18 Iun. coenobio donauit tres mansos cum

(a) In Calendariis antiquissimis legit Bodo, *Walingum*, sacerdotem et Monachum loci primum fuisse inhabitatorem. Ceterum in Cella illa seu *Clusa*, i. e. *facello angusto*, fuit altare exiguum, et in proximo fons lucidus ad sitim restinguendam. **BODO** in *Chronico Clusinensi* pag. 346. To. II. Leibn.

(b) De quo hominum genere erudite commentatur Abbas Cisterciensis To. I. libri: *La Teologia del Chiosiro* p. 13. sqq. Liber fuit Romae 1731. fol. emissus.